EST QVIdē res nostra non paꝛ plena timoris cum homicide seruant' & non puniunt'.ut equum ē.& ob non puniri uideo futurum excessum ēt irreparabile eritq; sen.infamie.& damno:solicitabo ut capiant'.& ꝙ quæ rat papir? cōiunctionē rumpere.Nō tā enormia facinora tem pora tarquini & coruncani maioris ꝑpetrabant':nō ita impu ne:at illos dii sumergant: uere digni sunt ire iouis: O indi/ gnum facinus:postes capitolii cremasse. faustine templum & uirginum oracula equasse.quid restat nisi ꝙ consulatum destruant. & rempublicam occupent. Ego uehem enter in doleo.& ponam uigilationes & curas meas omnes.ut puni antur taliter ut in futurum ex illis quisq; infandus qui ma/ lum & proditionem reipublice presumpserit. exemplum ca piet & cum timore.Vale.

SENATVS.S.D.P.Sextio.x.uiro.

NECESSE est te & alios uiros ad urbem ante ludos consuetos redire. quoniam tu unicus tributa omnia quæ romanoꝝ subditis debent̄ recipies. & ānotabis. Tibi auctoritas. tibi facultas omnis a nobis ex nunc sit: statuit senatus ludos qui in agro olimpio ante sacrum romuli fieri: ibi palestræ edilius: fiūt ibi pugne plebis. ibi tributa subditorum recipies: ibi curus prætextos ad memoriam ante portā monarchiæ: te sedente in alto solio: auroq; pretexto: in signū senatus: representationes ut solitū est: in agonibus sedilia. circunstātia sint nobilium sedē ordinem maioꝝ nostrorū. post hos solium tuum portari uolumus ī campo martio: ibi ꝑ tres dies populus. R. adsit: fient primo marti sacrificia: deinde bellum ducū: pugne nobilium: cantus iuuenum: & plausus mulierum: ibi cōmilitones: equites: milites: & uiros. R. qui ad exercitum ēt ī militia proficisci uolunt. scribi facias: & solium tuum ad memoriā cum insignis tuis ibidē dimitte. ut moris est. Vale. CVrtius. q. S. D. P. Antoniano.

NEQVE tibi neq; tintilio meo: de his quæ pollicitus sum uobis deficiam: alterum ex duobus ellige: an in leudoniā legationem sūmere contra lirismidianos & magos: an contra cimbros: Te romanorum ducem faciet senatus: Illud est grauitatis plenius ex leudonia redisse cum honore: sed uicisse lirismidianos & magos. erit causa tibi credendi tropheum & uim bellicam consularem fortasse consequeris: istud datur uiribus: legationem damus grauescentibus: habes ex his rebus iudicium meum: Quare me quam cito de tua uoluntate certiorem redde. ne de te apud senatum consultum mendax sim. Vale.

Antonianus. S. D. P. CVrtio. Q.

NON EQ VIdem uerebar te. neq; tintillio nec mihi de pollicitatione tua defeciſſe. nam ſoles tuos complecti pro amore & proſeq beneficiis. Ego ipe ī me expertus. & quando morem & ingenium meum: & uires animi mei. ſic egi ut diu nouiſti. ex duobus alterum accepta/bo q uidebis & iubebis. Verum ſi me iudicium meum nō fallit ſum in uirilitate animi & corporis eundi contra liriſ/midianos. Cuperem iudicium meum experiri: ſi pro ſena/tu uiriliter agerem commendari: ſi non cōmendari: deni/q uirtutes cognoſci non poſſunt. niſi uiri experiantur in u/troq exercitio. Ego ita faciam quantum iubebis. Vale.

QVINTI CVRTII epiſtolaꝝ liber tertius explicit.

INCIPIT quartus. Oratio contra aſſentatores. & detractores.

VICIORVM uirtus comes non eſt: Sereniſſime princeps: Hanc rudem oratiunculam meā ī detractores editam. ut ſuis titulis magis luceat. tibi obſignare uolui. Deteſtabile uerbum illud quidē cōtra animi innocentiā quis nefarius adulatoris cauſa a quoquam ſubtraxerint: detrahendoq; mordaciter ad innocentis hominis apprehenſione: Illud idem coram principe dimulgauit. Eſt horum hominum genus pœſſimum. quos nebulones apud uirtutes diligentes. & detractores uocitamus: quorum conuerſatio. aprime cuitanda eſt. Multi enim ſunt: qui audacia pro ſapientia utuntur qui ſunt maxime linguaces. q uc ſcire omnia ſe iatant: cum nihil ſciant. Horum nebulonum maxima turba eſt. Illos tanquam dicaces. & ſcurras exiſtimo. immo pace eorum

mordaces. appellant ſapientes. qui mendaces ſunt: & cum cuiquam aliquid flagitioſum narrant: aliquid & utilitatiſi/bi preponūt & cōmodi ut exaudiantur: augentq; narrant maiori cōmendatio. ad emergendū quāquam inocentem. Hii quippe. aſſentatores & ſuſurrones: diligentibus uirtutes. cupientibus inocentiam/uirisq; accuratiſſimis. ualde odio ſunt incetu hominum. Cum ad amicum accedunt: amicitiæ cauſa quadam. quaſi cum ignita caritate. ſed ſimulate. tum fidei ſe ipſos narrāt: ab illis diu amari ac diligi. q; inter eos una pariter urget uiciſitudo: amico auxilium pollicentur. Vſq; ad capitis periculum adire. Cum uero poſtea ab illo diſceſſerint. & abſentes ſunt. nuſquam hominem adeo merentem in aſia reperiſſe aiunt: nec quoquo rediculū animal inueniri ponit. Ita bene agentes carpunt. hoq; uita uituperanda eſt. & mihi exoſſa: qui ueſtitum a pellice. cum labore eiuſdem trahunt: uictum uero a mendaciis. & a nugis more nebulonum Scurrunt domicilia tamquā canuli iuris reliquias lambentes Deinde nebulonum uitam. parum laudandam eſſe cenſeo. & neq; illorum qui eorum aures his mutuo dant: quoniam cum uident ſe ab illis audiri inquiunt equidem doctiores ſumus: quorum pectora non ſolum inflantur. uerumetiam tumeſcunt. Audaciam ſimul ſibi pro ſapientia ſūmunt: cum uidentur intelligi. Teſtante philoſopho. Ille eſt aſpis inſanabilis. Cuius morſum minus ſanandum uerbis uenefícis impreſſum. cenſeo male quam dentibus. Horum quisquis ſemper mendax & hi animum. ac corda hominum mordēt aſpis autem cutem. plura quippe inter cutem. & carnē media ſunt. per quæ aſpidis uenenum non ita acute penetrabile fit. ſicut detractorum morſus: qui in medio cordis audientium

cicatricem imprimunt. Ita est illorum mos cum si quem be
ne agentem lacerauerunt in semetipsos iocunde gloriari. ait
montanus emnius hos detractores non homines esse dicatis
sed cimbros inannes ac per fidum genus hominū aspidumq;
Deniq; ad me reddco. Faustinum uirum ornatum fidumq;
et mihi dedictissimum ab illis accusatū præter ius cum inno
centem recomissum duco. Itaq; principis aures illis prestāde
nō sunt. Cū plane uidemus eos ab inuidia rodi. q̄ uestes ati/
neis: homines sunt satis digni ira iouis. nō hoies sunt sed ma
nes: Quilibet acerbissimas dare dignum penas censetur:
non minori illos ēt suplicio affici q̄ q̄uis sceleștorum: clamo:
postulo: atq; imploro: fidemq; facinora. impune capitalia fie
ri uideo? Quis igitur miretur si quis doctus: si quis fidus: etiā
uirtutis amator ī remissioni genere prostratur: Cum his ne/
bulones exaudiuntur q ad questum ueluti prophane mulie/
ris dediti uidentur: postremo mi faustine tu nouus quasi in
hac uita ingrederis: si te ad uite huius beatitudinem uenire
cupis. non tibi quasquæ iniurias ac indignationes, sumere:
sed pati: ac perpeti rite te beatum ferunt: quoniam uirtuti
tuæ fortuna coniuncta est. hoc solum euenit mihi senescen/
ti. de hac uita nihil nisi aliquid extremum. cum illud quod
pretererit defluxit. tantum remanet: quantum cum uirtute
et recte factum consequutus sum. hore cædunt dies & men
ses. & anni. nunquam preteritum tempus reuertetur. Nec
quid sequatur sciri potest. Ergo quia a uobis discedam. cum
octuaginta natus sum. non libet mihi deplorare uitam: cum
ex hac discedo. tanquam ex hospitio. non tanquam ex con/
sortio. mihi autem leue est mori: q; satis diu expectaui. quid
est tam secundum naturam quam mori senibus: Multas

mihi cicatrices hii detractores tempore mee ætatis infixerũt quas tolerantia & cum uirtute sanaui: bene rectq; agendo. quod cum uidebant idem dolor in eorum capite remansit: Ego nunc sum in meliori conditione. q̃ adolescentes. cum id quod illi sperãt: Ego senex consequutus sum. uosq; diu multis uiuere. ego diu uixi hanc meam orationem ad principem direxi. in qua Faustino ornatissimo contra detractores satis complacui. Vale princeps. & magis faustinum dilige quã ne bulones finis tuli.

OMNES SApientes liberos esse & stultos seruos. audiui dete mi faustine. illud de quo multum indolui: tuas uirtutes. laudabilemq; constantiam. & honestarum rerum ingenium. in facinus infandum conuertisse: Te duce latrocinium in foro constitutum fuisse: cædem in foro feciſti: armatus latronibus quasi rempublicam destruxisti. priuatorum & honestoꝝ uiroꝝ domus incẽdisti. Non uides uir clementissime: tibi secundum leges exilium penne pariri. omnes scelerati atq; impii. te eorum ducem profitentur: contra mores maiorum tuorum. qui honestissimi & defensores reipublice fuerunt: Inquit socrates. insanire omnes stultos: Egit itaq; genitor ille tuus. quasi diuinus nihil aliud nisi q; & beatum florensq; in foro uidetur. & laudabile: Vidisti lioninos quí illud iter & uiam. quantum ipse sequeris cepe rint perpetuos a republica exules. qui contra rempublicam gesserunt: qui homicide fuerunt: In quo uir scelestę. atq; infamis. nostre progenies omnes uigilauerint: & cogitationes tue. te miserie te erumne premunt: omnes qui te beatum atq; florentem putant: te tue libidinis torquent. Tu dies noctesq; cruciaris. cui nec satis est quid habes. Te tue conscien/

tic ſtimulant maleficiorum tuorum. metus te examinat. iudiciorum atq; legum metus: ſic ſtulto & improbo uiro. nemini bonum eſſe poteſt. Verſaq; uice. uir bonus: & ſapiens. & fortis miſer eſſe non poteſt. Obſecro te mi fauſtine. ut in uiã redeas: uides apud urbem hac etatæ. Virum bonum uirtutes illum feciſſe meliorem. Temperatiorem: fortem. ſapientem. ſapientiorem. etiam poſſe fieri. Qui a multis timetur multos timet mi fauſtine: nunquam ſcelus ſcelere uincitur Ex te poſtremo: niſi aliud uellem: niſi te tuis ſimilem eſſe me meis: alios ſuis: & ſi mihi honori & utilitati eſſe non uis ſaltem non mihi pudori & infamie ſis: ut ne quid deiectus iterum in futurum mihi os meum clauſum opprimat. Te ſaluum eſſe iubeo: & ab iſtis deſine: qua cura potes: parabis pecuniam omnem quam mihi debes: & de breui ad te proficiſcar. Vale & emenda.

APPIVS claudius. L. Camillo. S. D. P.

NON ADMIror te conſulaſſe ingenii: exercitationes recte conſiderando: & quod male ingenii atq; uires animi. quã corporis deſideraſſe. Potes namq; male amicis. publice & in foro. utilitati & honori adeſſe. conſilio & auctoritate. quam corporis uiribus: flectis ſilum orationis contra uenereos. cædis ueniam etati. huic particule reſpondeo: ſi furori iuuentutis feruente etate non obſtabis: iuuenesq; uerbis & factis non obiurgabis: poſtquam illis erit uiuendi poteſtas libera obiurgare parum non proderit. Quinimmo ad libidines procliues ipſos uenturos eſſe cenſeo. Morbo inueterato infirmitas non ita leuiter curari poteſt. Multas ſcribis ob libidines ſeditiõesq; plurimas exoriri

Non nulla facinora ac hominum scælera ex libidine nasci: teste platone in libro contra uenerem ubi ait: uoluptas homines capit: ut hamus pisces: Non possum deniq; tuis clarissimis sententiis respondere: unum scias uolo me natis & posteris meis omnibus mandasse. ut tuam hanc orationem omni grauitate copiosam menti comendent: eamq; méti seruent: illaq; menti premant quam cariorem magno thesauri munere preseruent tibi nouissime gratiæ sunto, quas semp ex me meritus es. Vale.

PAmpinianus magnus. S. D. P. senatui.

HODIE. xiiii. Kl'. quintil'. hora. xv. inuitissimorũ Ro. exercitus marte fauente: sacris auspiciis: ac auguriis Alphatucii & zeroastris signis firmiter militantibus liris unidianos pantarulios: et uascos populos accerimos: auriq; dictissimos: superbia elatos: uictorie insolentes insultauit durauitq; prælium per. vii. horas in quo mortui sunt uiri circiter tria milia: pedites mille & ducenti: demum illorum populoꝝ exercitũ omnem rumpit & illos fugauit. De quibus a romanis capti sunt circiter. xx. milia quingenti & nonaginta reliqui uero qui euaserunt leudonium oppidum in expugnabile intrauerunt: q; ab inuictissimo exercitu obsessum extitit diebus quattuor elapsis obsides dederunt: & nisi eis a liris midianis. & uascis: aliquod auxilium detur se se in deditionem & subiectionem. S. P. Q. R. polliciti sunt: si nullum uident auxiliũ atq; p̃sidiũ dari. nec uereor q; in. x. dies oppidum nõ deditionem uenier: sed si in aliquo contra fœdera & pacta deuenerunt. romanos duces oppidum cremari statuerunt et solo æquari. Data ex fœlici & inuictissimo exercitu contra uascos. Vale.

SENATVS.S.D.P.pampiniano magno.

SATIS litteræ tuæ gratæ fuerunt senatui: placuit sumopere a te fieri certior marte fauente: Ro. exercitū liriſmidianos. & uascos fugasse: illos rupisse: nec dubitamus q̄ Ro. duces: qui in armis p̄ualent: qui in armis diu probati sunt: nō solum lodominum oppidum: uerum etiam prouinciā omnē. omnesq̄ pantamilios populos in deditione oio capient: q̄ erit gaudio laudi & honori sui. populoq̄ Ro. triumpho: tandē unum uelemus. ut castra q̄ in deditionē capient illesa conseruent: sed q̄ui & manu: aut cremari: aut solo æquari. ut ducibus libebit concedimus. Vale.

IVLIVS: Catoni uticensi. S.D.P.

HONOREM & gloriā pro imperii salute apud uiros spectatos cupio. potius q̄ uitam. Vir prestanti bonitate animiq̄ integerimi uocari haberiq̄ uolo: quousq̄ spiritus supsit: neq̄ amore: neq̄ precio alicui iniuriam faciā. Nec qs cessabit me ab illa oium rex̄ licētiore iustitiam: unū supersit q̄ iniuria qua lacessitus sum. illustrabor oio: Munera in me tua: quo ue a te mihi impensa sunt: a teneris mee ætatis ānis. tunc cum mihi apprime necessaria erant: dedisse me id obliuioni non credas: Habuisti a me sæpissime impubescentia mea. q̄ si ulla apud me unquam esset facultas. tuo patrocinio. ac dominio: firme tuā esse iudicare possis. Nunc uero omnia quæ summo cum labore: ac industria adeptus sum: ea ipsa oīa in tua dispositione. ac uele tuo ascribe. Et si oia Ro. oppida. portusq̄ oēs. mihi nunc in reditu meo ad urbē aditum aduentumq̄ copiis clausum cōperiā: Non hæc solum sed si ꝓuinciam oēm: ciuitates: oppida: & castra. & si oēs mentes euersas. ac rebeles repperiam. Nec uereor q̄ statim

cum nostram uiderint presentiam redient in fidem atq; de/
ditionem. Nō ita status nostre reipub. nutat/ut hii credunt.
Confirmatus est itez; noster exercitus in magna copia: mili/
tum peditumq;: Cauise me scio omni cum diligentia. ne po
pulo ro. ac prouintie: ulla contumelia fieret: neq; mea culpa.
Hoc dissidium euenisse testor: unum exitum mearū rerum/
meorūq; operum nouissime mi Cato censui: q; deorum pro/
missione/uigillātia/ac mei animi uirilitas/mihi fellitum exi
tum affert. & qua ue ardua sunt/ab humilibus gubernari fa
ciam. Si uictor extolar/si finis infelix omnes me publice: & ī
foro carpent. Demum ita accurate: ita potentissime/ & cum
astu: itaq; cum ingenio & solicitudine in armis rem meam:
omnemq; exercitum meum: & milites atq; pedites parabo:
q; spero me uictoriam & triumphū sequuturū. Illos qui nūc
mihi obesse uolunt: mihiq; uehementer detrahere cupiunt:
fugatis hostibus: recuperatis prouinciis (domitabo) uictoriis
consequutis: partis tropheis: ad me confugient nonnulli. Cō
fido me multos tunc amicos: cum plures subditos: seruos ha
biturum. Vale.

CATO Vticensis. S. D. P. Diuo Iulio.

HERVS meus. & lumen totius orbis: non solum ue/
reor. sed timeo de uita iulii: quæ apud immortales
deos mortalis est: non propter iulium timeo: sed ne
urbis lumen orbis. salus & reipublice honor extinguatur. Ne
ab externis nationibus obumbremur: ui. ac dolo: de iniuriis
inimicorum illustraberis: Quis obstabit Iulio? quæ prouin
cia. quæ nationes: quæ ciuitates: quæ oppida negabunt iu
lio parere uele. Tu urbis. & orbis hærus: tu iustitiam colis:
Tu armis. consilio. & auctoritate polles; Dii Iulio faueut

homines parent/tibi facta/secula sunt: Tibi sydera cœli lu/cent: & phœbus & phœbe parent: Quis ueretur conside/ratis uiribus: auctoritate: posse: scire: uele: consilio. inge/nio. Iulii tui animi sinceritate atq; munificentia: ꝙ uictoriã laudem: ac triumphum consequeris. omnem urbem dedi tionem capies. Tibi omnes nationes numeri & in numeri parebunt. & obedient: ac unicum colent & adorabunt: quẽ seruaui. quem colui: quem colo: quem colam: dignum cui sacrificabo: quousq; uiuam. Ita fœlix & pẽnis uiuat hærus orbis: ut optat: cupit. & uult. Vale

Particus maior. S. D. P. Quintiniano caputeo.

QVERIS A ME fieri certior de raptu uirginum. & de uiolentia curii erga Fabrina fuluia Romana mulier est nobilis ex utroq; parente. quam & cu/rius aud obscuro genere proteratus. cohopertis multis fla/gitiis: atq; facinoribus. Cui non minor uanitas inerrat. quam audacia: Neq; eius scelera occultare curabat. uicia uit uetus stuprum: Deinde cum fuluia fuerat causa: puel lulam decepit: Et quia inopia minus largiri poterat: Se glorians: Maria: ac Montes pollicens: ut aquiesceret. fer ro interdum. Ni sibi morigera foret. Tunc Fuluia curii in solentia. & timore perculsa: ubi prouecta fuit ad ætatem. munus augurandi uaticinandi sibi. ex parentum heredita te inerat: & ubi nouit pollui: decepi: ac uiolari: Accessit ad senatum. ut aut eam defenderet: aut ambos capitali pe na (ut ius clamat) punirentur: & supplicium ac iustitiam fie ri: ut esset facturis mulieribus tanquam aliquod exemplar.

Statim in se senatus & populus omnis. mirabili clamore i tu multu excitatus. eam liberauit: Curius fugam aripuit: deide non solum amplius nouit. uerum donec uixit. uirum uidere noluit. Vale. PAPIrius consul: S.D.P. Fabio maximo.

EX TOTIVS senatus matura deliberatione. ubi animi tui moderationem & equitatē cognoui: & te non solum a liriſmaticis nomen deportasse: Sed humanitatem & prudentiam intelligo: Et cum de custodia pontum sup tiberim. agitaremus: tu tunc eccurebas dignus illo munere pace aliorum dignior: ordo uero talis in tabula & custodia kl'. & numerus custodum ad pontem miluium custodes. x. ad pōtem adrianum custodes. vii. neronianum custodes. xiiii ad pontem antonianum custodes. xx. ad pontem fabricii custodes. xv. ad pontem gratianum custodes. viii. ad pontem senatorum. x. ad pontem marmoreum. xii. ad pontem ualentianum. v. hii deniq; armis. Tu autem armis ingenii custodito. ac uirtutem exercitationib? id quidem & maximum erit animi conscientia uiuendi tua. & multorum beneficiorum recordatio iocundissima sit. quoniam & gloria non solum te sed splendorem patriæ consequuta est. Vale.

Fabius maximus. S.D.P. papirio consuli senatui & tibi gratias ingentes ago.

NVLLAM IN me puto animi moderationem. sed equitatem cupio. non cognomen consequutus sum prudentiam nullam. nullam in me uirtutem. Sed opinionem nonnullam de me habueras & fortasse bonam. Ego uicissim de te. me autem dignum illius muneris puto. ordinem custodie seruabo. & custodum numerum. Nihil aliud iocundius. nihilq; licentius. nisi q; iuste & recte. ac cum

uirtute & amate patrie splendore consequutus: gloriam se natui cum amplificatione regionum tribuens. Vale.

Marcus curus. S. D. P. Fabricio.

NON NVLle sunt cause quæ me apprime cogunt ad te scribere potissime. cum tarentum cæpisti: Ita me adolescentem senex dilexisti: ut equalem sem/per fuit in grauitas comes etati: nec senectutem mores mu/tauerunt: Ego enim te non solum cæpi ad nomen grandem natu. sed tamen auide etate prouectum: Anno primo quo tuo opere consul fueram adolescens. & miles ad capuam pro fectus sum. Quartoq; anno post ad tarentum questor: de inde edilis. Triēno post factus sum pretor. tu quidem tunc magistratū gerebas. cum quod ad nomen senex. tamen le gis cicinie emendator: Tunc hannibal bella gerebat: & a/dolescens cum grandis esset cumq; iuuenilis exultantem: tua moderatione atq; pacientia molicbas: Quo deniq; mu nere. Emnius noster te dignum iudicat: quoniam non po nebas rumores ante salutem: Tarentum uero: qua uigilan tia. quo consilio cepisti non minus prestantior in armis quā in toga. optimis deniq; auspiciis omnia gesisti pro reipu/blice salute: Multa etiam preclara in te cognoui: est in tuis manibus laudatio: neq; uero in luce modo atq; in oculis ci uium magis: Sed intus domiq; prestantior: qui sermones quæ precepta: quæ se ue consilia: quanta rerum notitia: quanq; antiquitatis memoria. quanta uiris scientia. mul/te deniq; in te uno littere sunt. cuius quidem sermone & do ctrina fruor: quasi ut iā id quod cuenit diuina respōdēs Vale & me tui deditissimi adolescētē. Alūnūq; tuū ut soles īstruc re. illud. n. me qdē pfiteri nō puduit sequētē te doctiorē fuisse

Fabricius.S.D.P.Curio.

NONnullas ſcribis fuiſſe cauſas: quæ te cogunt ad me aliquid ſcribere: Et quod te adoleſcentem ſenex equalem dilexerim: Nullã puto fuiſſe cauſam. quæ te cogat ad me ſcribere; neq; ut mereris erga te aliquid beneficii. & ut debeo tribui: Ego equidem te adoleſcẽtem meum equalem dilexi: quoniam ſenectutis mee equale nõ etatis: uerum ſtudeo: moribus: ſcientia: doctrina: atq; grauitate: Magnam preſtãtiam futuramq; cognoui multis ſignis præter etatem atq; adoleſcentiam. Tu conſul & miles ante tempus: Tu in tempore queſtor & ædilis: & tamen ego magiſtratum gerebam tunc prætor factus es: etatem tuam iuuenilem exultantem me mollire non oportuit. Sed omnes te uno ore mee ſenectuti moribusq; equalem iudicabant. Vale. & ſaluus quantum cupis.

Mattilius.S.D.P.Fuluio.

MVLTVM te tua ſapientia fallit q; ita aduerſus accuratiſſimos uiros & diligentes uirtutes. ita ampuloſa uerba proicis: ita bene agentes rectecq; carpis: contra mores maiorum tuorum: tu fabricium accuſas: Quod cum conſules nouerint teq; alternum & inſtabilem eſſe accuſaberis: ẽt ſuperbiæ cauſa: Ea propter ſcribit in te ſenatus. Epiſtolam de etatis tue intemperantiam: ſcis litteras ſuas fuiſſe magni ponderis. Cecilium comicum teſtem inducit adoleſcentulos ſtultos. credulos obliuoſos. quæ libidinum uitia ſunt iuuenibus: quanta inertia: quanta ignauia: quanta petulantia: quanta diliratio uerborum: iuuenes quoſdam ſemper excipit: ut. M. Curium. qui primum tempus factus eſt p̃tor. & alioſ qui ſunt ſtudio debiti: qui uc in armis floruerunt qua igitur audacia; qua uc temeritate auſus eſt fabricium

carpere:qui adeo iuste senatui consuluit:adeo iuste reip. de fensor:adeo plebem & clientelas regebat fabricius:Intentū enim animū tanquam archā habebat pro honore reipu. qui non modo auctoritatem habebat: sed ēt quasi imperium in senatu.Metuebant eum improbi tanta in eo hoīe disciplina & mos patrius uigebat:q̄ omnes liberi uerebantur eū carum omnes habebant.Itaq̄ uirtus fabricii eum se seq̄ defendit: tu aūt nisi cito desistas & desinas male dicere.laborabis contra te.& cōsudabis nō parū aduersus te cū populi exclamatione.Vale. Fuluius.S.D.P.Matilio regulo.

NEMINI sit dubiū quod me ut scribis mea semper fefelit opinio:plane profiteris me ampulosa uerba aduersus uiros accuratissimos p̄iecisse.bene agētes carpisse:& presertim contra fabriciū.me puer & inforo dānauit fateor dixisse & feciſſe:nondū quo ad possem.Est ne hominem adeo natura stabilis.qn quādoq̄ aut iniuria.aut p̄cibus aut amicorum complacentia nō flectatur:Mutauit nanq̄ fabricius animi sui temperantiam:equalitatem ueri iudicii:dilectionem erga suos:bonitatem in amicos:qua causa me insontem publice & in foro dānauit:debuit ne si adolescentiæ mee etatis in aliquo errasset.ita me fabricius carpere.Iam ipse equidem ut accepimus Hannibalem exultantem summa cum moderatione molliebat:solebat etatis esse defensor nec me continere possum quin exclamem.cum nulla de causa lacessitus sim.& potissime a uiro sene.a pretore.a.questore.a consule.Nec hoc quidem sperabam.sed si a uia errasem uerbis amicorum corrigi.nō cedi.non damnari.ac si cōtra rempublicam egissem.

Metellus police titubante.S.D.P.Emnio.

AD TE litteras dedi cum nostre florentis etatis temeritatem uidelicet. ac senectutis prudentiam annotaui: illa quæ nos regit ducitq; urget me qua minus audax fio: Illa me quam in senibus floruisse cognoui: cogit ut sileam tamen me ipsum complector: primum habui semper sodales: sodalitas habui cum equalibus: Epulabar cum sodalibus non modice: erat tunc quidem feruor etatis mee: preponebam uoluptatem rationi: Nunc uero senescere incipiunt. Ego autem semper cupiui ad te proficisci: ut aliquod opusculum tuum uiderem: de agricultura presertim: de corigenda etate iuuenum q̄ nostre etati multas & maximas utilitates affert: Cum & nos instruit uiuere docet. In libello tuo de liberis educandis mire delectatus sum: uehementer cum scripsisti de natura hominum: mulierumq; de moribus: de cibis sumendis: de euitandis: de eorum proprietate: quomodo corrigi debeant in sumendo cibum: de gestu edendi: quo preceptor erudiri: qua uenustate custodiri: quibus uirtutib⁹ imbui quo studio, instrui: qua moderatione corrigi: quo timore regi: qua reuerentia preseruari. tum in infantia. tum in adolescentia: tum etiã in iuuentute: qua equitate gubernari: qua deni q̄ bonitate: & prudentia nutriri. Non puduit me fateri hæc legisse feruori meo & etati profuisse. Vale.

Ennius. S. D. P. Metello.

NEC uerebar etate incunte te mores mutasse: cũ legeres de senum prudẽtia: credo te satis delectari in libello meo de liberis educandis: & de hoĩum natura: qua moderatione iuuenes regi debeãt: ex hoc opusculo: & de aliis q̄ grauitatẽ & moderãtiã cõtineãt si accurate leges: & memorie ut soles comẽdabis: erit tibi utile honori & dignitati. uale

Q.Curtii.liber quartus explicit. Quintus incipit.

Hannibal.S.D.P.M.marcello.

VPIO ac uellem te si tempus daretur numiam profecturum quã cito:deinde romã:quoniã ne/
C cesse est me alibi proficisci:meumq; exercitũ dir rigi contra sãnites oportuit(me absentem)facul tas dat̃ nemini:Milites unus alteri preponi uolũt nobilitatis causa:alius militie:alius uirium corporis:alius in/genii:alius uirtutis:alius denicq; diuitiarũ cã:qua re cum hæc comuni bono & utili reip.ꝓponant̃.quæ senatui utilitati sũt nõ agunt:me illuc igit̃ proficisci necesse est:ne mihi infamie ac dedecori esset:non ante ꝓuidisse.Vale.

Marcus marcellus.S.D.P.hannibali.

VIS me q̃ cito numiã profecturũ & romã deinde.quo niã necesse est tibi alibi proficisci & Ro.exercitũ cõ/tra sãnites dirigere.Te absente de militũ alternatio ne esse putas uerendũ.Ego oio ut iubes ad te proficiscar:& si iubebis romã ẽt uadam:uerũ quid rome faciam nescio:men tiri nolo.cõtra remp.loqui non audeo:contra iustitiã nõ scri/bam.si cõtra primates dicã puniar(proditionis officiũ ẽ)nun quã id agã.tu aũt nostre reip.honori prouideas teste comico Nõ istuc est sape ꝙ ante pedes nũc presens est.sed quæ fu tura sunt prouidere.Vale. Sãnites.S.D.P.Curio.

INTENtionis nostre ac ualuẽsium nunquam fuit uir/bus animi tui obsistere:neq; rebeles esse:cupiui mus uicinitatem circunstantem in utroq; euentu.a micos nostros tuos numerari subditos.& libertatem tuã a te redimi:censum subsidium.& subuentionem.quantum scri ptum est soluemus.Et ꝓ hunc fidum amicũ architã damus.

& si maiorem deniq; quãtitatem cupis curabimus subueni/
re siti tue. Vale. Curius. S. D. P. sãnitibus.

VSQ VE potuistis uiribus animi mei obsequi nolui/
stis: de ualuensibus certus eram: uos uicinitatesq; o/
mnes ut pareant senatui uolo in deditionem: neq;
meos uestros amicos uoluistis. uestram neq; illorum liberta
tem redimetis: Censum aureumq; uestrum. cum mihi archi
ta minor uobis fidus obtulisset repudiatum fuit: Nam habe
re aurũ non mihi preclarum uidetur (aurum nolo) sed illos
uolo: qui possident aurum. postremo pecuniam uestram per
cundẽ. eandem non uisam. non numeratam remitto. caueto
Vale. Senatus. S. D. P. fabio consuli.

VIMBRIAM cremari. molestè tulimus & apuliolã
minorem solo çquari & prostratam esse. molestius
fuit: Consuescuit senatus ciuitates quas ad dedictionẽ
ceperat perseruare. Et senatui gloriæ & honori ac utilitati ut
hæ supersint: maxime quæ armis uincantur: dolo nullaten⁹
pugnare stude. quoniã senatui & tibi esset dedecori. deniq;
esto uigil ut soles. mortui sunt inimici. nondũ caremus hosti
bus: ois patria destructa est: hinc proditiones. hinc clãdestina
bella exoriri. tu ita saluus sis ut tibi sat sit & necesse. Vale.

Fabius consul. S. D. P. senatui.

VIMBriam cremari feci. quoniã erga senatui nullam
penitus fidem cognoui: apulioli nullã habent fidem
ciuitates quas fidas inueni. & supsunt: quas ui & ar/
mis. solo prostrari feci: Id senatui & gloriæ inest: Ego uigil
cro. nõdũ carere hostibus sat intelligo: neq; bellũ extingui.
prodictores timeo. quoniã nisi in quibus confidimus. decipi
non possimus: ut pugnem dolo prius moriar. Meum uelle. ac

posse ī armis ē. demū ut mihi necesse ē falsum putetis. Vale.

Cato uticēsis. S. D. P. Scipioni suo. mirifice laudat se natus scipionem & cunctis prefert eum.

OBSECRO te mi Scipio ut iudicium tuum erga senatum non mutes ab inuido: ab inceptis non desistas: ubiq; sunt detractores bonorum: tu unus diu notus es senatui. Nouit omnis senatus: quot labores: quot sudores: quot angustie. quot pericula: quot uulnera: sitim fames: dolores p reipublice. salute passus es: quot bella gesisti. quot regiones: prouincias: ciuitates: arces. terras. oppida. rebelles. in dedictionem cepisti q̄ proprii sanguinis magnam copiam pro honore reipublice efudisti. Quot cicatrices sunt cutem insunt pace aliorum neminem posse reperiri clariorem: quis tot signa. tot præsidia: munera: dignitates: cōmoditates: honores. laudes. ac triumphos: Ro. atulit reipublice. neq; fuit neq; erit. uir similis scipioni. nec doctior. nec africano melior tu inuidi odiunt. nō te sed gloriam. honorem ac dignitatem non desistas obsecro. quoniam non te solum. Sed posteros tuos claros facis. Numeri de te laudes cantant. in chronis. in foro. super tabula aurea. Sculpturam tuam auream impressam aureatis litteris. ad laudem scipionis. quiq; legem possunt. equo animo iniuriam ferre potes: quæ non tibi sed senatui illata est. Quis autem. quid uero clarius. quid salubri? quid ellucentius. quid utilius faciet pro salute reipublice q̄ q̄ scipio fecit. O magnum precii munus hereditatis scipionis. quis affricano clarior. quis recitari in Kal. dignior. qui sibi nomen dignitatem adeptus. nec me putes tibi more adulatoris scripsisse. sed amice cū sis me tibi deditissimū

Vale quando quidem te rediturum putas per dies ante me certiorem face. ad laudem tui currum auro pretextum paratum uim bellam & arcum triumphalem constitutum puta.

Scipio africanus.S.D.P.catoni.

ET QVAmuis sim lacessitus multis iniuriis.erga senatum.nullo pacto iudicium mutabo: Inuidis compatior quoniam uoluntati uires eorum desint. prouincias: ciuitates: & oppida: quas cepi. non mihi sed senatui cui paretur obediunt. insignia. presidia. dignitates: & munera: non mihi.sed senatui omnino tributi sunt:nullam merentem mihi dignitatem iudico tribuendam: de ceteris quibus me certiorem facis. non postulo:neq; mereor :neq; danda mihi sunt deniq; in me nullam potestatem ac dignitatem fuisse puto. Sed ius senatus cui obsequar quousq; uiuam. Vale.

Particus maior.S.D.P.quintiniano caputeo.laudat mulierem hero.

QVERIS a me scire si prola romana mulier: digna est in chronis ascribi:& si de ea iudicium factum est & laudes agit: & certiorem facio. Primo q̄ ipsa deorum reuellatione. futura predicebat. Cibi potuq; triduanū faciebat:polebat consilio: unquam ex eius ore fluxit mendacium:& ubi e uiro cum suo grauida facta est:Nisi facto puerperio uirum minus cognouit: ueneris inimica: grata diis.& omni populo romano: non solum in uita. sed post mortem Romane mulieres eam adorarunt. nunc autem ad eius simulachrum super cinerem die aniuersarium cantāt: in chronibus: & laudibus clarissimarum mulierum romanarum. scribi facere. Vale.

PARTICVS maior.S.D.P.Quintiano caputeo.

LAVDAT lucretiam.quantum laudis reperit̃ de lucretia sabina apud choronas litteris de claro.Lucretia condidit lucretium oppidum iuxta flumen fallaris. in quo adeo deuote & pie deorum simulacra colluit. ꝙ omnis populus romanus equabat eam superis.Religionem fecit.Castimoniam seruauit.& ubi nota fuit. & senatui scriptum ꝙ lucretia in tercio decimo & anno sue etatis aram cõstituerat. tunc uirgines uestales & clare mulieres romane omnes Matrone periandre & albane ad simulacra colendum. ad regulas uita. & castimoniam Lucretie sequendã & obseruandam curritabant. Anno decimoseptimo. Tunc deorum promissione per tres dies. Sol ortum cælauit. Et ꝓpter hoc Romanus populus etiam post mortem adorabant eam.aniuersarium die tulere oblationes & sacrificiis adhuc etiam uenerant. Vale. Rogat ac augeatur sibi exercitus propter multiplicatos hostes.

Suplicius augur.S.D.P.Senatui.

HODIE.iiii.Kl̃.quintil̃.Bisantini.cimbri.persici. gallici.phrigii.arabici.indiani.caldei. & nõnulle barbare & externe nationes/in magna copia una confederati sunt contra senatũ prope albanos.equites:milites: & pedites.incredibili copia apparuerunt:qui terram totam & prouinciam romanam.omnem curitant:captiuos capiũt:predas rapiunt:castra uincunt:nõnullas ciuitates obsessas tenent.in alto uero prope littora Naues centum triginti.Triremes quinquaginta septem.bellatoꝛ classes quadraginta.sagittis puluere ac ferro munitas.In dies litus discedunt littora. curritãt

predas magnas intra lucos faciunt: prouintiam destruunt: a deo terra: mari: ac undiq; uexant: q; nunc tota prouintia nutat: & sumus omnes sub magno timore: ac metu perculsi: & nisi q̃ cito prouideatur nobis: uereor ne omnis senatus & salus reipub. euertatur. Caput ipsorum qui atrociores sunt arabicos fecerunt: quibus non uerbis obstandum est: sed armis. Hi non intelligunt: mortem queritant: timorem nullum noscunt: Ius non habent: humanitatem carent: superbi: elati: uictorie insolētes: armis feroces: hostes paces: obsecro exercitū augeatis. Omnes Romanos milites. equites. plebis quirites. Sabinos festinanter mittatis. Valete.

CAMBIVS adolescens. S.D.P. Gemitio libico optimo preceptori.

VEro ego cum adolescens: quousq; parui mandatis tuis liber fui: quousq; monitionem tuam seruaui in uiam steti: quousq; preceptis obediui mihi profuit. tūc neq; sodalitatis. neq; amores/ neq; mulieres: me a uia uirtutis mouebant. Nunc autem in rete passionis inuolutus sum propter sodalitatem & mulierum comertium. Nunc parētes amici & affines preter consuetudinem & doctrinā tuam noscunt me exultantem. Et quamuis id noscam & me peccasse. in uiam redire non possum: ex uicinitate uerum est q; interdum sequitur commodum & incommodum. Ego etati langoriq; & mulierum facetiis obstare non possum: etas me impulit: amor uexat: Sodalitas inducit: formositas alicuius me cogit & premit: diligoq; diligor: timeo ab amore hamo capiar: cum aliquorū exempla consydero: Ego adolescens tam & si adolescentulam diligo noui me ab illa diligi tandem nobilis est adolescens & formosa: ne nudo amore complectitur.

Ex ardeo fio in dies frequens: nouus miles sum: falli uereor nescio mores mulierum: Si blanditiæ sunt fraudes: multi aiunt: multi negant. nonnulli affirmant. Tantum uoluptates mihi adolescenti oblectant. suauitates gustaui. Dolores ne ut illam perdam periti uideo: falli timeo: dimittere non possum. solui non questio. honor me ex alio reducit. honorem & uoluptatem noui. simul regnare non posse. Cuperem quam cito te redicturum ut me iuuares. a retiis solueres. tuo iudicio. ac consilio sanari uolo. cupioq; tibi parere uolo. cura obsecro. ut honorem meum (si fieri potest) simul cum iocunditate domus mee salues. Vale.

Cornelia. S. D. P. Iustino suo.

OBSECRO sit tibi cura mei. nemo alter supersest. qui erga me pietatem exhibeat. orbata sum parentum. germani diem clauserunt. omnes mei relinquerunt sola & unica sum adolescens & pauper. quo uadam nescio. sumptus & nuda uiuam. mihi deest. nec aliquod habeo. nonnulli mali suuasores qui me egenam norunt. queritant contra honorem meum. instãt & uolunt. & hi qui possunt iubẽt quã consentiam. prius mori statui. & ut possim me saluari. si lubebit. & ut sim in loco tutiori sub protectione & regimine uxoris tue. quæ me nutriuit. Cuperem erudiri affecto tuo patrocinio saluari ab istis insolentibus honorem meum defenderem. non uinci uereor. Sed timeo ab illis decipi. Vale. Et me ab istis custodias salues q;.

Lupio. S. D. P. Liridioni.

SEnatus decreuit leodomios: pathaphicios: semosithanes: andidaon: althasos: preindios: leudiãos. Trucidari mori cremariq; apud olympianum. Si infra. xii. Kl' octobr. Varium genutium paruum: & Archidianum/non liberabũt. Statuit. iussit. uoluit. & decreuit. tpus illud pteriri nl' lo mõ: donec ifra illos saluos: solutos: & liberos uideat. Vale.

Liridio. S. D. P. Lupioni sumatim.

DISPONAT senatus de captiuis illos mori/cremari aut membra singula diuelli: quoniam uariũ nostrũ & Genutiũ & archidianũ mortuos uidi in opprobriũ Senatui. P. R. iugulari illos iussit & fecit preses laudomiorũ: & sanguinem illoꝝ seruant: cum quo singulos captiuos ante; q̃ ponantur in carceribus linguam lauant q̃ significat mori; aut ex carceribus nullo unquã tempore solui. Vale

Q Vinti Curtii. & aliorum epistolæ expliciunt. Laus deo.

Impressum in inclita ciuitate regii: per me Vgonem de rugeriis ciuem regiensem. Dominante bononiæ Ioanne. ii. Bentiuolo. Anno domini. MCCCCC. ultimo augusti.

Incun
1500
Q54

Bib Fac

11838

Кмшш с. 4
~~1892~~

$a^{10}b, c^{8} = [26]$ ff
cc
ΔΒ

14803
~~[illegible]~~

LIBRERIA
DANTE
Via dell' Orivolo, 22
FIRENZE

Vendita III
32